

D E D I C A T O R I A .

Restant medica theoremata, quae non pau-
Ad Chy-

ci eorum, qui in classe Chymicorum nume-
miam non

rantur, pro sua quisque opinationis, & com-
pertinere

placiti libertate mutant. De ijs pariter qua-
principia

estio est, an propriè ad Chymicum pertineant.
medica.

Non minus enim Chymia ars est, quàm Me-

dicina, & quod in progressu fortè probabi-

tur, medicamentorum præparandorum ra-

tio, quae chymica est, à Medico obitur. Hoc

plures existimant, Theophrasti exemplo mo-

ti, qui magno supercilio singulas medicinae

partes novis dogmatibus implicat, eviden-

terque cõtaminat, quod nonnullis exemplis ritè

patebit. Partium humani corporis, quas lo-

calis docet anatomia (Nam essatam ipse no-

minat, quae chymica analysi totius humani

corporis seu microcosmi partes, magni mun-

di partibus cones pendentibus in apertum pro-

fert) accuratam notitiam, perparum ait a-

moliendis aegritudinibus conducere. Apertos

meatus extimorum partium, ureterum iti-

dem, in cauum vesicae dehiscentium non ad-

mittit, non permeare dicens alimentum, non

transcurrere urinam, sed in modum sudo-

ris transumi, qua in re Asclepiades pariter,

teste Galeno, delirat. Humores vel non da-

ri, vel ad morbos nil facere saepius affirmat.

Solos